



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

II. Nicolaus, Herr von Rostock, übergeibt dem Kloster Amelunxborn den See Drans nebst dem Bache und 60 Hufen Land daneben, im J. 1233.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

**II. Nicolaus, Herr von Rosloek, übergiebt dem Kloster Amelunxborn den See Drans nebst dem Bache und 60 Hufen Land daneben, im J. 1233.**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus dominus de rozstoc, vniuersis presentem paginam inspecturis, in perpetuum. Que ob perpetuam anime nostre salutem a nobis acta sunt, perpetuam habere cupientes firmitatem, ne prolapsu temporis simul labantur cum tempore, scripto fidelis memorie ea necessarium decreuimus commendare, vniuersis igitur Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presenti scripto notum facimus, quod nos pro remedio anime nostre, et pro peccaminum nostrorum obtinenda remissione, dilecte nobis ecclesie amelunxbornensi, cisterciensis ordinis hildeshemensis diocesis, ad instantiam petitionis domini Godescalci eiusdem loci abbatif, de pleno consensu et uoluntate uxoris mee Jutte, ac fratrum meorum Johannif videlicet, et Heinrici ac pribizlauri, stagnum quod dicitur drans, cum riuo ab ipso decurrente, et sexaginta mansos, ipsi stagno adiacentes, ab omni iure secularis potestatis exemptos, cum pratis, nemoribus, vsuagiis, paschuis, in busco et plano, molendinis, et piscationibus, inuis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis, contulimus in perpetuum possidenda. Sane partem decime de prefatis bonis tam cultis, quam incultis, nos contingentem, eidem ecclesie libere contulimus et absolute, Deditimus quoque fratribus iam dicte ecclesie potestatem uocandi ad se, et collocandi ubicunque uoluerint in possessione prefata, cuiuscunque gentis, et cuiuscunque artis homines, et ipsas artes exercendi. Ipsos etiam homines quos uocauerint et posuerint cum seruientibus eisdem fratribus, et ceteros in bonis eisdem commorantes, liberos dimisimus perpetuo et immunes ab omni iure aduocatie, et ab omni exactione comitum et iuris nostri executorum aduocatorum et iudicum, ab exstrukione urbium, nec non et ab exactione nectigalium et theloncorum, et omni expeditione, ita ut nemini quicquam seruicij debeant, nisi soli deo et amelunxgebornensi monasterio. Preterea deditimus fratribus eiusdem ecclesie iudiciariam potestatem super uniuersos seruientes ipsis, et colonos, et ceteros in bonis eorum commorantes, in omni causa, ut autem hec nostra donatio perpetue firmitatis robur obtineat, nullaque in posterum possit oriri calumpnia que donationes et libertates, quas sepedicte ecclesie fecimus, queat infirmare, in munimen ac memoriale perpetuum, presentem paginam eidem deditimus, subscriptione testium, et sigilli nostri munimine roboratam. Testes autem huius donationis sunt, dominus Godefridus abbas de doberan, Heinricus cantor ibidem, theodericus, Helyas, Erkenfridus, Renerus, canonici de goztowe, Heinricus gamma, Conradus dappifer, Heinricus grube, Heinricus de dudingin, Johannes de crupelin, Militis de goztowe, Gutimerus et iohannes frater suus, Zlautech, Jacobus, Robertus de bralin, Heinricus dargaz, Gerardus scoke, aduocatus de robole, et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXIII<sup>o</sup> VI<sup>o</sup> idus marci, Indictione VI<sup>o</sup> Regnante fridherico, glorioso Romanorum imperatore, Datum Goztowe, per manum Conradi scriptoris.

**III. Bischof Brunward von Schwerin überläßt dem Kloster Amelunxborn den Zehnten über 60 bei Dranssee belegene Hufen Landes, im J. 1233.**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Brunwardus dei gratia Zwerinensis episcopus, omnibus in perpetuum. Cum secundum apostolum nostra sollicitudo omnium debeat esse ecclesiarum pium duximus in nostra diocesi, terram noue cristianitatis quam plantauit dei dextera, habundanti cura rigare, ad alios caritatem extendentes, quos laboris et consolationis socios habeamus, unde cum domini terre nostre